

meq

**INDVLGENTIA NICOLAE  
PAPAE M. CCCCLI.**

**N**ICOLA VS Ep̄s Seruus seruoꝝ Dei.  
 Dilecto filio nobili uiro Raffaeli Tegrini  
 & dilectis in X̄po filiabus Clare eius uxo  
 ri ac Catherine eiusdē Rafaelis sorori Ciuibus  
 Luceñ. Salutem & apostolicam beñ. Prouenit  
 ex uŕe deuotiōis affectu quo nos & Roman̄ Ec  
 clesiaz reueremini ut petitiōes uestras illas pre  
 sertim que animarum uestrarum salutē despi  
 ciunt ad exauditionis gratiā admittamus. Hinc  
 est quod nos uestris deuotis supplicationibus  
 inclinati ut Confessor idoneus quem uos & ue  
 strum quilibet duxeritis eligendum uestris sin  
 gulorum confessionibus diligenter auditis ab  
 omnibus excōmunicationis suspensionis & in  
 terdicti aliisq; sententiis censuris & penis eccle  
 siasticis in uos uel quēlibet uestrum tam a iure  
 quam ab homine quomodolibet latis ac ab om  
 nibus & singulis peccatis excessibus criminib9  
 & delictis etiam periuriorum reatibus ac uoto  
 rum peregrinationis & abstinentie trāsgressio  
 nibus per uos seu quemlibet uestrum hacten9  
 perpetratis de quibus corde contriti & ore con  
 fessi fueritis etiam si talia fuerint propter que  
 sedes apostolica sit merito consulenda hac ui  
 ce duntaxat debitam absolutionem impēdere

& iniungere penitentiã salutarem. Et nihilomi-  
nus ut Confessor predictus quem uos aut qui-  
libet uestrum duxeritis eligendum ut preferẽ  
omnium peccatorum uestroꝝ de quibus uos  
ac quilibet uestrum corde contriti & ore cõfessi  
fueritis semel tantum in mortis articulo plena-  
riam remissionem uobis in sinceritate fidei uni-  
tate sancte Romane ecclesie ac obediẽtia & de-  
uotione uestra uel successorum uestroꝝ Ro-  
manum Pontificum canonicè intrantium per-  
sistentibus auctoritate apostolica cõcedere ua-  
leat deuotioni uestre tenore presentium indul-  
gemus. Sic tamen quod idez Confessor de hiis  
de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda  
eam uobis & cuilibet uestrum per uos si super-  
uixeritis aut p heredes uestros si tũc forte trã-  
sieritis faciendam iniungat quam uos & quili-  
bet uestrum uel heredes prefati facere tenea-  
mini ut prefertur. Et ne quod ab sit ppter hu-  
iusmodi gratiam reddamini procliuiiores ad illi-  
cita impoſterum comittenda uolumus quod si  
ex cõfidentia remissionis huiusmodi aliqua for-  
san committeretis quo ad illa predicta remissio  
uobis uel alicui uestrum nullatenus suffrage-  
tur. Et insuper quod per unum annum a tẽpo-  
re quo presens nostra concessio ad uestram no-  
titiam peruenerit computandũ singulis. Sextis  
feriis impedimento cessante legitimo ieiunetis

si predictis feriis ex precepto ecclesie regulari  
 obseruantia iniuncta penitentia uoto uel alias  
 ieiunare teneamini una alia die singulari Se-  
 ptimanarum eiusdem anni qua ad ieiunandum ut  
 premittitur non sitis astrictis ieiunetis. Et si in di-  
 cto anno uel aliqua eius parte essetis legitime  
 impediti anno sequenti uel alias quamprimuz  
 poteritis modo simili supplere huiusmodi ieiu-  
 nium teneamini. Porro si forsitan alias preliba-  
 tum ieiunium in toto uel in parte quodcumque  
 adimplere commode nequueritis eo casu Con-  
 fessor idoneus quem ad hoc elegeritis ieiuniuz  
 ipsum in alia pietatis opera prout animarum ue-  
 strarum saluti uiderit expedire commutare ualeat  
 que uos pari modo debeatis adimplere. Alioquin  
 huiusmodi presens nostra concessio nullius fir-  
 roboris uel momenti. Nulli ergo omnino ho-  
 minum liceat hanc paginam nostre concessio-  
 nis & uoluntatis infringere uel eius auso teme-  
 rario contraire. Si quis autem hoc attemptare pre-  
 sumperit indignatione omnipotentis Dei & bea-  
 torum Petri ac Pauli Apostolorum eius se nouerit  
 incursurum. Dat. Rome apud Sanctum petrum  
 Anno Incarnationis Dominice Millesimo qua-  
 dringentesimo quinquagesimo primo Nono Kalendas  
 Augusti Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Pe. De Noxeto.

l'predicatio fctis ex p'cepto ecclesie regulari  
oblatiois inuicta p'prietate non uel alias  
tenere concessio uel alia die singulari  
primas inuicta p'prietate non uel alias  
p'prietate non uel alias p'prietate non uel  
alio anno uel alio die p'prietate non uel  
impediti anno p'prietate non uel alias  
poteris modo l'p'prietate non uel alias  
t'um concessio. Porro l'p'prietate non uel  
in t'um in toto uel in parte p'prietate  
adimplere commode p'prietate non uel  
fator idoneum p'prietate non uel alias  
ipsum t'um p'prietate non uel alias  
fator salu' uel alia p'prietate non uel  
que nos p'prietate non uel alias  
huiusmodi p'prietate non uel alias  
t'um uel alia p'prietate non uel  
t'um licet p'prietate non uel  
tis & uoluntatis p'prietate non uel  
ratio contraria p'prietate non uel  
simpliciter p'prietate non uel  
t'um p'prietate non uel  
in t'um. De Roma apud S. Augustinum  
Anno incarnationis Domini Millemo  
Millemo quinquagesimo primo Nono  
Augusti Pontificatus Nostri Anno Quarto.  
De Noxio.